

Alte Drucke

Antiqvissima Theologia Positiva Primi Theologi, Adami Protoplasti, Juxta Revelationem Paradisiacam Jehovæ Elohim, Ex Genes. III. Per Dei Gratiam, ...

Deutschmann, Johann

Wittebergæ, [1694]

IN NOMINE JESU! PRIMI

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-174445

ET MORTE VIVENTE.

625

Apostolis, Joh. XX. 20. seqq. Afferet eadem Vobis Adamigenis, cum Adamo Festum Paschale rite celebrantibus, Antitypum, Typum, & Ectypum, Paschalem per fidem plene possidentibus, & retinentibus! In Nomine JESU VICTORIS id FIAT! P. P. Wittab. In Vigilia Paschali, Anno M. DC. XCI.

IN NOMINE JESU!

PRIMI, PERPETUI, MAGNIQUE

MICHAELIS,

MYSTICAS, EX PUGNA MICHAELIS,

DELICIAS,

OMNIGENAS, EX VICTORIA MICHAELIS, SPOLIORUM

DIVITIAS,

ET PERPETUAS, EX GLORIA TRIUMPHATORIS MI-

CHAEELIS, PACIS LÆTITIAS,

RECTOR

ACADEMIÆ WITTENBERGENSIS,

GEORGIUS CASP.

KIRCHMAJERUS,

ORAT. PROF. PUBL. ACADEMIÆ SENIOR,

ET IMPERIAL. LEOPOLD. COLLEGA,

LECTURIS OMNIBUS,

ET SINGULIS,

AD HUIUS MAGNI FESTI

CELEBRATIONEM,

ET FESTIVALEM DEVOTIONEM,

EX OFFICIO

PRÆSENTIS ADMINISTRATIONIS,

EX GENESEOS III.

RELIGIOSIS STUDIIS

OFFERT.

IN NOMINE MICHAELIS,
SUMMI BELLATORIS, VICTORIS,
TRIUMPHATORIS,
VERI PARADISIACI KELOHIM!

Festivalem hodie Militiam, Victoriam, & Triumphalem gloriam, Ecclesia Christianorum in Angelorum Sanctorum Principe, Michael, solenniter celebrat, & in Spiritu suppetias, suorum vel Promachorum, vel Symmachorum, summa cum delectatione, spectat, Victorias eorum contra Draconem, & Angelos ejus, maxima cum voluptate diligenter observat, optimaque per Victores parva spolia, secundum fidem, ingenti cum letitia, spiritualibus Civibus suis, ad gloriosum, & fructuosum usum, dispensat. Docet hæc Apocalypticus Scriptor in Epistolica presentis solennitatis Lectione, c. XII. 7. ordinatissima recitatione. Nam primum recitat Michaelis arduam, satisq; plenam, contra Draconem, pro nobis militiam, dum factum est prælium magnum in cælo; Michael, & Angeli ejus, præliabantur cum Dracone, & Draco præliabatur, & Angeli ejus. Postea recitat plenam Michaelis, & Angelorum ejus, adversus Draconem Victoriam, v. 8. Et Draco, sicut & ejus Angeli, non valuerunt, neque locus inventus est eorum amplius in cælo: & projectus est Draco ille magnus, Serpens antiquus, qui vocatur Diabolus, & Satanas, qui seducit universum orbem, & projectus est in terram, & Angeli ejus cum illo missi sunt. Tandem recitat Triumphalem Gloriam, Epimeni doxologiam & communem omnium latitiam, v. 10. 11. 12. siquidem Johannes audivit Vocem magnam in cælo, dicentem: Nunc facta est salus, & Virtus, & regnum Dei Nostri, & potestas Christi ejus, quia projectus est accusator fratrum nostrorum, qui accusabat illos, ante conspectum Dei, die ac nocte, & qui vicerunt eum propter sanguinem Agni, & Verbum testimonii sui, & non dilexerunt animas suas neque ad mortem. Propterea Latamini Cali, & qui habitatis in eis. Hæc ansa presentis solennitatis hac materia festivalis meditationis, & prædicationis, hæc causa letitiæ spiritualis, & jubilantis exultationis. Plena sunt hæc divinis Mysteriis, plena sunt spiritualibus gaudiis. Neque tamen illa sunt hodie nata, vel tempore Novi Testamenti demum orta, sed per omnia secula Testamenti Veteris iustata, vel ad posteritatem propagata; quin imò statim à primis Ecclesie Militantis incunabulis, illa sunt ad sacram Militiam divinitus ordinata. primis hominibus, post lapsum in gratiam receptis, cælitus manifestata, quoad conciones primi Festi Michaelis, vere paradisiaci, per ipsum Jehovam Elohim, in sermonibus Michaelicis, ineulcata, & in Protoplastorum solatium, ac gaudium festivale, per Evangelium Michaelis destinata. Jehova Elohim Deus unus est, & immutabilis, sicut ipse dicit

RELIGIOUS STUDIES
OFFERT.

dicit Malach. III. 6. Ego Jehova, & non mutor. Unus est Michael, & unus Mediator Dei, & Hominum, I. Tim. II. 5. una dicitur Ecclesia, Eph. IV. 4. semper militans, Job. VII. 1. Hinc breves de Primo Festo Michaelis meditationes in Domino suscipiemus, & Harmoniam Apocalyp- tico Mosaicam instituemus, ac in honoré Nostri Michaelis, ex Historia Paradisiaca, Michaelis sacras Militias, Victorias, ac Triumphales pacis lustras, breviter in Programmate Michaelis exponemus. Illustriis igitur datur inter Festum Michaelis Paradisiacum, & Apocalypsicum, Harmonia, quoad Illustrem Militiam, cum utrobique Vera deitur, & reperiatur Militia, sive respiciamus ansam, sive naturam, sive circumstantiam Festivales Militie. Quod attinet ansam Militie cuiusvis, dicitur eadem Inimicitia. Nam quandiu partes omnes amice concordant, & veram inter se conservant amicitiam, tamdiu nec bellum metus, nec bellici moris, nec ulli bellantium actus, exurgunt. Sed quamprimum inimicitia diversas inter partes cordibus concipitur, & odium accenditur, statim ad jurgia, vel lites, & ad bella, cuncta disponuntur, & diriguntur, bellantes etiam ad praelia mutua, ad cades, & interneciones, contrahuntur. Maxima fuit in paradiso tunc inter anti- gnum Serpentem, aut Dracnem, fictitium, & Iuxatum מִיכָאֵל, & inter DEI Filium, genuinum מִיכָאֵל, vel Michaellem, veram Patrie Imaginem, Col. I. 15. inimicitia, quæ vere dicitur in Ecclesia militante Belli sacri motum, & omnis occasio. Turbaverat Draco Magnus Cælum, quod Filius Dei Creator innumeris, & ordinatissimis Exercitibus Angelo- rum, ad suum Ministerium ornaverat, sed hic vaserrimus Spiritum plurimos alios Angelos, bene creatos, in peccati sui consortium traxerat, eos do- lose deceperat, & ex optimis Angelis, & veris filijs latis, II. Cor. XI. iam in pessimos Diabolos, & Spiritus tenebrarum, Eph. VI. 12. eos trans- formaverat. Sic bene facti Spiritus, Gen. I. 31. male corrupti Diaboli fa- cti sunt. Draco magnus præterea turbaverat terram, dum huius Dominum, Hominem creatum, Deique Vasallum constitutum, astute seduxerat, in suas partes detraxerat, a Deo per legis transgressionem prorsus abstrax- erat, & in turpissimum Apostatam converterat. Draco Magnus deni- que turbaverat paradysum, dum astutissimis verbis, & vaserrimis Sophi- sticationibus, propter usum unius fructus prohibiti, miseriam omnem Pro- toplasti, obtruxit, imaginem divinam cum omnibus perfectionibus eripuit, & sic felicitatem omnem surripuit; e contra vero Iuxam suam Diaboli- cam eisdem admovit, & Deum verum Creatorem, ac omni creaturarum genæ in eosdem commovit. O Miseria Miseriarum! Nonne propter hos, & alios rebelles ansus, & contumaces actus, Cæli, terræque Dominus, Dei Filius, contra Nequam hunc Serpem, inimicum suscipere debuisse affectum, ob cuius astum, & falsum, creatura nec in cælo, nec in terra stetit, vel integra, suo Domino manere poterant. Rex subditos, Pater- familias domesticos, ab hostium Stratagematibus, Spoliationibus, & Inter- fectionibus, tutos præstare, & ab omnibus inimicis insultibus eos libera- re, latus a, & datas inimicitias gravissimis bellis Reges vindicare conve-
verunt.

verunt. Quid igitur de Rego Regum, & Domino Dominantium, Filio Dei, Apoc. XVII. 14. XIX. 16. dicendum erit? *Ansem Belli sacri*, vel *Michaelis*, excipit *Natura*, quæ non aliunde melius, vel innoscit, vel elucescit, quam ex ipsis *Causis*. *Autor* hujus belli, *Jehova Elohim*, *Deus Pater* est, qui decretis firmissimis hoc *sacrum bellum* ab æterno definiit, & certissima mentis suæ decreta manifestis verbis revelavit: *Ego ponam inimicitias inter te, Serpentem, & inter mulieris Semen*: non absque consilio, nec absque decreto, vel ex animo tantum irato, suscipitur hoc bellum, sed dum, juxta Prov. XXIV. 6. cum consilio bellum gerendum, quia *salus erit*, (& *victoria*), ubi multa sunt consilia, Divinum hoc bellum à Consilio ponitur, ex consilio proponitur, per consilium exponitur, & ab ipso Consiliario Patris, Esa. IX. 6. suscipitur, & expeditur. Ponitur autem hoc bellum per *Dei Verbum*, quod est *gladius spiritualis*, Eph. VI. 16. *panoplia* tota, v. 11. seqq. per quam vincitur *Diabolus*, Matth. IV. 4. seqq. *Verbum* unicum, continuum, perpetuum, & probatissimum omnis belli mystici medium, artificium, promtuarium, armamentarium, &c. Uno verbo, τὸ Πᾶν est in hoc bello sacro. *Materia* sunt partes belligerantes, ex altera parte *Serpens Antiquus*, cum omni suo semine, v. 15. vel Apoc. XII. 7. cum omnibus Angelis malis, & Spiritibus damnatis. Hic fortis armatus est, Luc. XI. 22. *Leo rugiens*, I. Petr. V. 8. *Leviathan* rabidus, & rectus, vorosus, & obliquus, Esa. XXVII. 1. *Serpens antiquus*, & *paradisiacus*, Gen. III. 1. seqq. Ex altera parte *Semen Mulieris*, Dei, & *Hominum Mediator*, I. Tim. II. 5. *Princeps militia Jehova*, Jos. V. 14. *Et Eljon Benedictus*, qui iradit hostes in manus *Abrahami*, Patris credentium, & omnium verè fidelium, Gen. XIV. 20. *Fortis*, & *Heros in prælio*, Psal. XXIV. 8. 10. vel אִישׁ מַלְחָמָה, *Vir Belli*, seu *Bellator*, vel etiam *Bellator Bellatorum*, qui bellatores omnes, & eorum manus præliari docet, Psal. XLIX. 35. cum *Cherubim*, & aliis Angelis suis, Gen. III. 24. XXXII. 1. & cum omnibus fidelibus. *Forma* consistit, partim in ordinata apparatu: *Cacodamon* per dolum, & astum, v. 1. per mendacium, & falsum, quo vult esse כְּאֵלִים, sicut *fictus Elohim*, & Nequā, audaciter pollicetur, quod כְּאֵלִים, facere velit, quæ neq; pediculum producere potest, Exod. II. 18. partim in impietatis, & importunitatis conatu, qui, licet ab Eva, vel aliis peccatoribus semel, ac iterum repulsam patiatur, tñ. impudenter sua mendacia, vel *Stratagemata*, continuat, ut scopum seductionis obtineat. Partim in bellico statu, dum hic producitur *adversus Duces*, כְּאֵלִים, *Serus*, & *fictus*, genuinus, & *adulterinus*, realis, & *Verbalis*, *Messias*, & *Serpens*: *Diversi Exercitus*, *Milites Messia*, & *Milites Satana*, *Benedicti Seminis*, & *maledicti Serpentis*: partim in bellico conflictu, quo ponitur congressus ad *Gulvera* non tantum, sed etiam ad *neces*, quia conteritur *calcaneus Seminis*, vel *Christi Hominis*, sed totaliter conteritur *caput Serpentis*, v. 15. Non hic est bellum, sine prælio, militia, sine pugna, nec adsunt *Milites non militan-*

ies, sed, ad mortem usque, pugnantes, quod vel in *utriusq; partis Duce* conspici licet, dum *alter* lœditur, *alter* prorsus subjicitur, *alter* in calceano vulneratur, *alteri* caput penitus conculcatur. Et sic *finis* etiam subjungitur, respectu *Serpentis*, *Maledictio*, v. 14. *alter*, respectu *Seminis*, *Benedictio*, dum benedicta sunt omnia, quoad *Messia* bellum, & *Militiam*, licet non semper ad extra, quoad *visibilem aspectum*, tamen semper ad intra, quoad *invisibilem fructum*, vel *effectum*. Pergimus breviter ad *circumstantias*, & *proprietates*. *Militia* locus primum est *Paradisus*, dum in *Paradiso* bellum hoc inchoatum, & inter partes adversantes, *Christum*, & *Behai*, *Ecclesiam Militantium*, & *malignantium*, confirmatum; deinde *rosa tellus*, dum protoplasti sunt à *Paradiso* dimissi, perque totum orbem terrarum in suis posteris dispersi, sed omnibus in locis suis adversariis *Diabolis* expositi. *Militia* tempus, quod in principali bello, inter *Messiam*, & *Serpentem*, olim erat futurum, nunc est *præteritum*, sed respectu *Militum*, in *Ecclesia militante*, dicitur *indefinitum*, adeoque *semper præsens*. Quamdiu manet *Ecclesia militans*, tanquam *concretum*, tamdiu durat hæc *sæcula militia*, tanquam *abstractum*, dum actu *militans* nunquam est, nunquam esse potest sine *militia*. *Proprietates* satis multas notare, vel etiam, juxta textum, explicare possemus, sed, ob *programmatis* angustiam, id facere non debemus. Est enim hæc *militia Divina*, *Una*, *Veræ*, *Bona*, *jucunda*, *necessaria*, *certa*, *firma*, *catholica*, *utilissima*, &c. Sed modo potius ad *Festivalem Michaelis Victoriam* nos convertimus. Non *Serpens maledictus Victoriam* reportat, sed *Messias*. *Benedictum Mulieris Semen*, *Victoria* palmam portat: *Satanas*, & ejus *Angeli*, nil *valuerunt*, & in terram *dejecti* fuerunt, *Apoc. XII. 8.* vel *catenus notis ligati*, prorsus in *Tartarum inferni detrusi* sunt, *II. Petr. II. 4.* *Illustris* hæc est *Victoria Michaelis*! *Illustris* vere dicitur hæc *Victoria Messia*, tum *ratione personarum*, tum *ratione Actionum*, tum *ratione rerum*. *Belligerantes* in adversum *persona* prorsus *devicta*. *Serpens antiquus*, *hostis* *callidissimus*, & *omnibus creaturis callidior*, *Gen. III. 1.* & *crudelissimus*, nil nisi *mortem*, & *plenariam corruptionem*, atque *destructionem*, spirans, non in *canda* *Serpentis*, nec in *pedibus Draconis*, nec in *unguibus Leonis*, nec in *pectore*, vel *horace*, nec in *brachiis*, vel *manibus*, sed in ipso *Capite* penitus *contritus*, atque per *mortem Messia* *destructus* est, *Hebr. II. 14.* *Contritum* etiam est *omne Semen ejus*, *Gen. III. 15.* *omnes ejus Angeli*, *Apoc. XII. 9.* *eorum regnum ejus*, *Luc. XI. 22.* *ejus opera cuncta desolata*, vel *dissoluta*, siquidem in hoc apparuit *noster Michael, Filius Dei*, ut *dissolvat omnia Diaboli opera*, *I. Joh. III. 8.* *Belligerantium Actiones* etiam à *Michael* *sublata*, vel *devicta* sunt. *Magna* fuit *ante* *Serpentis antiqui calliditas*, & *astutia*, v. 1. sed hanc *devicit Michael*, *celestis Patris Sapientia*, *Prov. IIX. 1.* *Dolosa* fuerunt *ejus consilia*, *Legi* *divinæ contraria*, quia *protoplastis* *noxia* suggerebat *consilia*, v. 2. sed *venit Michael, æternus Consiliarius*, *Esa. IX. 6.* *penes quem omne verum*

Dei

630 DE MICHAELIS PUGNA, ET VICTORIA, GEN. III.

Dei consilium, Prov. IIX. 12. ac maleferrari, vel non vocari Consiliarii, pessimas adinventiones, damnata consilia, summo quodam artificio, mox in vanum abire iussit, secundum illud, Esa. IIX. 20. inite consilium, & dissipabitur! Magna fuit Serpentis Eloquentia, qua nostris Protoplastis, Dei Creatoris dimissionem, sui, tanquam seductus, admissionem, obedientiam, vel legis omissionem, inobedientiam, vel peccati commissionem, omnis felicitatis, & benedictionis abiectionem, omnis miseria, vel maledictionis acceptionem, suis deceptionibus persuasit, sicut Eva, coram iudice, verbis clarissimis fateretur: Serpens decipit me, v. 13. sed Michael, & omnia dolosa Verba serpentis abstulit, ut post adventum huius Victoris in Paradiso, ne quidem unicum Verbum fecerit, aut facere potuerit. Magna fuit apud peccatores, protoplastos lapsos, Serpentis potestas, auctoritas, maiestas & auctoritas, tyrannicum pariter dominum, & imperium: sed id omne per Dominum nostrum Jesum Christum, verum Michael, destructum, ita quidem, ut omnes nunc Messia fideles, VICTORIA, VICTORIA, clamare possint, juxta Psalmum CXIIX. 14. seqq. Belligerantium adversariorum etiam Res mera sunt Michaelis spolia, dum Michael, & ἡρωότης, ceu noster Michael, venit, & Draconem magnum, fortem armatum, palatium suum custodientem, & omnia sua, in pace possidentem, vicit, arma ejus universa, in quibus confidebat, abstulit, & ique spolia distribuit, Luc. XI. 23. ut nunc cum Paulo possimus jubilaré, I. Cor. XV. 54. 55. Absorpta est mors in Victoria Michaelis! Ubi est mors, stimulus eius, ubi tua, inferne, Victoria? Stimulus autem mortis peccatum est, virus vero peccati lex, & Deo autem gratias, qui dedit nobis Victoriam, per Dominum nostrum Jesum Christum. Hac Victoria meram parit pacem, meram libertatem, meram salutem, & eucharistian! Pax fuit post Victoriam Michaelis, in peccatorum, convectorum conscientia, quod è Gen. III. 16. seqq. luculenter apparet, Pax in cruce, & calamitate, in crucis doloribus, & molestis vita laboribus, ibid. pax in morte, v. 19. Pax in Christiana, vel Messiana Vita, v. 20. in Messia iustitia, & innocentia, & vestrum sacrificialium gratia, v. 21. in quotidiana penitentia, & 22. in Militantium, & Exultantium Via, vel Euphoria, v. 23. in Angelorum praesentia, & custodia, &c. quae Pax omnem parit Festivalem salutem, sed eam modo pluribus adducere non licet. Desideratis, o Nobili, Victoriosam Militiam, & Pacis salutem, ac spoliis mysticorum novitiam? Venite Nobiscum ad Castra Michaelis, ad Templum ejus, ad uterque Domini, vel Sedem, & Thronum Victoris Michaelis! Afferte Nobiscum Munera, donate pariter pauca cubicularia Ejus Ministri, ut perpetua sitis admissionis, & amplissima spolia referre queatis; V. 24. & P. P. in Vigilia Michaelis, Anno M. DC. XCII.